

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Vtrum primus homo in statu innocentiae non dilexerit Deum super
omnia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. I. ART. VIH.

3

constitutum. ergo in potestate hominis constitutum est, quod possit sead gratiam præparare, non ergo indiget auxilio gracie.

¶ Præt. Anselm. dicit in li. de casu diaboli, quod non ideo aliquis caret gratia, quia Deus non vult dare, sed quia ipse non vult accipere. si ergo vellet accipere, posset accipere. potest ergo si vult, se ad gratiam præparare absque exteriori auxilio.

Sed dicebar, quod homo indiget hoc auxilio gratiae quantum ad exterius mouens. Sed contra. Homo potest moueri ad conversionem non solù ex bonis sed etiā ex peccatis, sicut si aliquis videat aliquem enormiter peccantem, & ex horrore peccati ad Deum convertitur: sed peccatum non est a Deo, ergo absque Dei operatione potest se ad gratiam præparare.

SED CONTRA. Per hoc ad gratiam præparamur, qd ad Deum cōuertimur: sed ad hoc indigemus auxilio diuinæ gratie. dñ. n. Tren. 4. Converte nos Dñe ad te, & conuerteremus. ergo homo indiget auxilio gratiae diuinæ ad hoc qd se ad gratiam præpararet. ¶ Præt. Ad nihilum nō potest homo se præparare nisi cogitando: sed ad hoc ipsum indiget homo auxilio gratiae. dñ. n. 2. Cor. 3. Non sufficiens sumus cogitare aliqua nobis, quasi ex nobis. ergo indigemus auxilio diuinæ gratiae ad hoc, quod nos ad gratiam præparamus.

R E S P O N S O. Dicendum, quod in hac questio ne cauendus est error Pelagi, qui posuit qd per liberum arbitrium homo poterat adimplere legē, & uitam æternam mereri, nec indigebat auxilio diuinio, nisi quantum ad hoc qd se facere deberet, secundum illud psal. 142. Docce me facere voluntatem tuam: sed quia hoc nimis parum videbatur ut solam scientiam haberemus a Deo, charitatem autem qua precepta legis implentur, habemus a nobis, ideo postmodum Pelagiani posuerunt qd initium boni operis est homini ex seipso, dum consentit fidei per liberum arbitrium, sed cōsummatio est homini a Deo, preparatio autem ad initium boni operis pertinet. Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quod homo possit sead gratiam præparare absque auxilio diuinæ gratiae, & est contra Apostolum, qui dicit ad Phil. 1. Qui ce pit in uobis opus bonum, ipse perficit.

Dicendum est ergo, quod homo indiget auxilio gratiae non solù ad merendum, sed etiam ad hoc qd se ad gratiam præparat, aliter tamen & alter. Nam meretur homo per actum virtutis, cum iū solū bonum agit, sed bene, ad quod requiritur habitus, vt dñ in 2. ethi. & ideo ad merendum, requiritur habitualiter gratia: sed ad hoc qd homo præparat se ad habitum consequendum, nō indiget alio habitu, quia sic effet procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non solū quantum ad exterioria mouentia, prout, s. ex diuina prouidentia procurantur homini occasiones salutis, pura, predicationes, exempla, & interdum ægritudines & flagella: sed et quantum ad interiorum motum, put Deo cor hominii interius mouer ad bonum, secundum illud Prover. 21. Cor regis in manu Dei, quodcumque uoluerit vertet illud, & qd hoc necessarium sit, probat Philo in quodam c. de bona fortuna. Hoc enim agit voluntate, uoluntatis autem principium est electio, & electionis cōsiliū. Si autem queritur, qualiter consiliari incipiatur, non potest dici qd ex consilio consiliari inciperit, quia sic effet in infinitum procedere. Vnde oportet aliquid exterius principium esse, qd moueat mentem humanam ad

A consiliandum de agendis. Hoc autem oportet esse aliquod melius humana mente, non ergo est corpus celeste, quod est infra intellectualem virtutem, sed Deus, vt Philo ibidem concludit. Sicut ergo omnis motus inferiorum corporum qd non semper mouentur, principium est motus coeli, ita omnium motuum interiorum mentium principium est a Deo mouente. Sic ergo nullus potest se ad gratiam præparare, nec aliquid boni facere, nisi per diuinum auxilium.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd per hoc qd hominis est se ad gratiam præparare per liberum arbitrium, nō excluditur neccesitas auxiliū diuinū, sicut nec per hoc quod ignis est calcificare, excluditur neccesitas caloris motus.

B AD SECUNDUM Dicendum, qd Deus mouet omnia modum eorum, & ideo diuina motio a quibusdam participatur cum neccesitate, a natura autem rationali cum libertate propter hoc, qd virtus rationalis se habet ad oppolita, & ideo sic Deus mouet mentem humanam ad bonum, quod ramen potest huic motioni resistere, & sic ex Deo est ut homo se ad gratiam preparat: sed quod gratia careat, non habet cām a Deo, sed ab homine, secundum illud Osee 13. Perditio tua ex te sis ac, tantummo ex te auxilium tuum.

C AD TERTIUM dicendum, quod licet peccatum non sit a Deo, tamen Deus a peccatum quandoque ordinat ad hoc, vt sit aliquid salutis occasio. Diog. 6.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum primus homo in statu innocentie non dilexerit Deum super omnia.

A D TERTIVM sic proceditur. Videat, qd primus homo in statu innocentie non dilexit Deum, & p. q. 60. art. 3. & 5. super omnia, & plusquam seipsum. Sic enim diligit Deum meritiorum est maximè: sed primus homo in statu illo non habuit unde posset profice re per meritum, ut dicitur in 24. diff. 2. li. sent. ergo primus homo in statu illo non dilexit Deum plus quam seipsum, & super omnia.

¶ Præt. Sic diligere Deum, est maxima preparatio mentis humanæ ad gratiam consequendam: primus autem homo in statu illo ponitur gratiam non habuisse, sed solam naturalia ergo non dilexit Deum plus quam seipsum, & super omnia.

¶ Præt. Natura in se recurva est, quia scilicet omnia quae amat, retorquet ad se: sed propter quod vnumquodque tale, & illud magis, ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum quam Deum: non ergo diligebat Deum super omnia.

SED CONTRA. Si non diligebat Deum plus quam seipsum, aut ergo minus se, aut aequaliter sibi, & vt roque modo sequitur qd seipso homo frueretur, dum se non referret in Deum: frui autem seipso inducit peruersitatem peccati, vt Aug. dicit. ergo primus homo in statu innocentie iam erat peruersus per peccatum, quod est impossibile. sequitur ergo vt diligenter Deum super omnia.

R E S P O N D E O. Dicendum, quod si homo fuit factus in gratia, vt ex verbis Basili & Augu. haberi potest, quælibet ista locum non habet. Manifestum est enim quod existens in gratia, per charitatem dimilit Deum supra seipsum: sed quia possibile fuit Deo, vt hominem faceret in puris naturalibz, utile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extenderet possit. Dixerint ergo quidam, quod ho

Quodlib. S.Tho. A 3 mo,

QVODLIBET. I. ART. IX.

mo, vel angelus in puris naturalibus existens, dili-
git Deum plusquam seipsum naturali dilectione
secundum amorem concupiscentiae, quia si bono
diuino magis frui deliderat tanquam maiori &
suauiori, sed secundum amorem amicitiae natura-
liter homo plus diligit seipsum quam Deum. Est
enim amor concupiscentiae quo dicimus amare il-
lud quo volumus uti, vel frui, sicut tuum, vel aliqd
huiusmodi. Amor autem amicitiae est quo dicimus
amare amicum, cui volumus bonum. Sed ista po-
sitio stare non potest. Dilectio enim naturalis est
quedam naturalis inclinatio indita natura a Deo:
nihil autem naturale est peruersum. Impossibile
est ergo quod aliqua naturalis inclinatio, vel dilec-
tio sit peruersa; peruersa autem dilectio est ut ali-
quis dilectione amicitiae diligat plus se quam Deum.
non potest ergo talis dilectio esse naturalis.

Dicendum est ergo, quod diligere Deum super oia
plus quam seipsum, est naturale non solum angelo &
homini, sed etiam cuilibet creature, & in quod potest
amare aut sensibiliter, aut naturaliter. Inclinationes
enim naturales maxime cognosci possunt in
his quae naturaliter agunt absq; rationis deliberatione. Sic enim agit unumquodque in natura, sicut
aptum datum est agi. Videmus autem quod una-
quaque pars naturali quadam inclinatione opera-
tur ad bonum totius, & cum periculo, aut detri-
mento proprio, ut patet cum aliquis manum ex-
ponit gladio ad defensionem capitis, ex quo depet
det salus totius corporis. Vnde naturale est ut quae-
libet pars suo modo plus amet totum quam seip-
sam. Vnde & in hanc naturalem inclinationem
& secundum politicam virtutem bonus cuius mor-
tis periculose exponit pro bono communis. Mani-
festum est autem, quod Deus est bonus coe totius
universi, & omnium partium eius: unde quaelibet
creatura suo modo naturaliter plus amat Deum
quam seipsum. Insensibilitas quidem natura iter, bru-
ta uero aitalia sensitiva, creatura uero rationali per
intellectualem amorem, qua dilectio dicitur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod diligere
Deum prout est principium totius est, ad naturalem
dilectionem pertinet. Sed diligere Deum, pote est obie-
ctum beatitudinis, est gratuita dilectionis, in qua me-
ritum consistit. Nec in necessarium est ut in hoc su-
flineamus sententiam magistri dicentis, quod lo-
per primi statu non habuit gloriam per quam mereri posset.

AD II. Dicendum, quod naturali dilectione
qua Deus super oia naturaliter diligitur, potest alius
magis & minus uti, & quando in summo fuerit,
tunc est summa preparatio ad gratiam habendam.

AD III. Dicendum, quod inclinatio rei natu-
ralis est ad duo, scilicet ad moueri, & ad agere. Illa
autem inclinatio naturae que est ad moueri, in seip-
sa recurva est, sicut ignis mouetur sursum propter
sui conseruationem: sed illa inclinatio naturae que
est ad agere, non est recurva in seipso, non enim ignis
agit ad generandum ignem propter seipsum, sed
propter bonum generati, quod est forma eius, &
viterius propter bonum commune quod est con-
seruatio speciei: vnde patet quod non universaliter
verum est, quod omnis dilectio naturalis sit in
se recurva.

QVAE STIO V.

^{1. dif. 1. q. 4.} ^{2. dif. 2. q. 4.} ^{3. dif. 3. q. 4.} ^{4. dif. 4. q. 4.} **D**E INDE querebatur de his quae pertinent ad
ad bonam gratiae.

Et primo, De his quae pertinent ad ipsum bonum gratiae.

F ¶ Secundò, De his quae pertinent ad malum col-
pa, quod ei opponitur.
¶ Circa bonum gratiae querebatur.
¶ Primò quidem, De eo quod pertinet ad omnes.
¶ Secundo, De eo quod pertinet ad clericos.
¶ Tertiò, De eo quod pertinet ad religiosos.
¶ Circa ea vero, quae ad omnes pertinent, quer-
ebatur de duabus partibus punitio.
¶ Primò, De contritione, utrum sive contritus tene-
tur velle magis esse in inferno, quam peccare.
¶ Secundo, De confessione.

ARTICVLVS IX.
¶ Vtrum contritus debet magis uelle esse in
inferno, quam peccare.

G **A**D PRIMUM sic procedebatur. Videatur, quod in
inferno, quam peccare. Poena enim inferni claret
eterna & irremediabilis: de peccato autem potest libe-
rari per paenitentiam, ergo magis debet uelle pecca-
re, quam in inferno esse.

¶ Praeterea, Pena inferni includit culpam, una enim
de penis inferni est vermis, id est conscientia remor
suis de culpa: culpa autem non includit penam in
inferni, ergo magis est eligenda culpa quam pena
interveniens.

H SED CONTRA est, quod Anselmus dicit in libe-
nitudinibus, quod aliquis debet magis eligere esse
in inferno sine culpa, quam in paradiiso cum culpa,
quia innocens in inferno non feneret pena,
& peccator in paradiiso non gauderet de gloria.

I R E S P O N S U M. Dicendum, quod contrastatur
in generali uelle pati magis quamcumque pre-
nam quam peccare, & hoc ideo quia committendo
potest esse sine charitate, per quam omnino admittit
tunc peccata. Ex charitate enim plus homo diligat
Deum quam seipsum, peccare autem est eluctare
contra Deum: punitum autem est aliquid pati contra
seipsum: vnde charitas hoc requirit, ut quamlibet
poenam homo contritus praeligeret culpa. Sed in
speciali descendere ad hanc penam, vel ad illam
non tenetur: quinimo stulte faceret, si quis lepsis,
vel alium sollicitaret super huiusmodi particulari-
bus poenis. Manifestum est enim, quod sicut dele-
tabilia plus mouent in particulari considerantur,
in communione: ita terribilia plus terrentur in particu-
lari considerantur, & aliqui sunt qui minor ten-
tatione non cadunt, qui forte maiori cadent: si
cui aliquis audiens adulterium, non iniciatur ad
libidinem, sed si per considerationem descendit
ad singulas illecebras, magis moueretur. Et simili-
ter aliquis non refugeret pati mortem per Christum:
sed si descendere ad considerandum singulas poe-
nas, magis retraheretur: & ideo descendere in talibus
ad singula, est inducere hominem in tentationem,
& praebere occasionem peccandi.

K A D PRIMUM ergo dicendum, quod culpa
mortalis de se perpetua est, sed ex sola Dei misericordia
remedium habet.
¶ Praeterea, Plus præponderat bonum diuinum, con-
tra quod agit culpa, bono naturæ creatæ, cui oppo-
nitur poena, quam perpetuitas poena temporalia
ti culpæ.

L A D SECUNDVM ergo dicendum, quod temeritas
conscientiae non est culpa, sed consequens ad cul-
pam, & posset esse sine culpa, ut in eo qui haberet
conscientiam errantem de præterito commissio:
sicut si aliquis credit aliquid a se prius commis-
isse illicitum, quod tamē licitum erat, & ipse dum
faceret, licitum reputabat.

QVAE